

Qui me scribebat. dremel cognomen habebat.

III. fol. 214. *Hystoria edificatoria de Tangdalo de bybernia qui mortuus ad quartam diem reuixit. multas penas et gaudia caelestia. quas uidit et expertus est. narrauit. Adi Exemplum uberius Cod. CCCXXVI. Hic enim Marci interpretis deest Praefatio.*

IV. fol. 228. p. 2. Opusculum rursus asceticum, cujus ingressus: *Hic continentur duodecim capitula de quarundam virtutum. Et iis enumeratis: Quoniam de virtutibus scribere proponimus. Congruum est. ut ab illa virtute incipiamus. unde incepit ipse dominus virtutum christus ihesus saluator mundi eamque pro fundamento collocemus. Haec porro est Humilitas, quam sequitur Obedientia, proprie voluntatis dimissio, paciencia, Vita abstracta &c. Autorem Belgam fuisse suadent, quae narrat contigisse Bruxellae in Hospitali S. Iohannis Sorori cuidam infirmis ministranti.*

V. fol. 254. *Omelia beati gregorij pape de negligentia prelatorum et sacerdotum circa subditos suos valde dura. Dura haec, ut Nostro visum, Homilia est T. I. Opp. Gregorii edit. Maur. 1705. col. 1496. ordine XVII. in Evang. Lucae C. 10. Designavit.*

VI. fol. 258. *Incipit Speculum peccatoris beati augustini episcopi. Quoniam karissimi in via sumus seculi &c. Spurium et a Maurianis in Append. T. VI. col. 155. reiectum.*

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

VII. fol. 262. absque inscriptione Commentarius in Cap. *Firmiter de Sum. Trinit. et fide cathol. Decretal. Greg. IX. L. I. Tit. 1.* qui incipit: *Hec sancta trinitas secundum indiuidua et secundum personales proprietates discreta primo per moysen &c. Et finit: Adimplebis me leticia ad quam leticiam nos perducatur trinitas indiuidua in secula seculorum benedicta. Amen.* Adjungitur Index omnium *Quaestionum*, quae in hoc tractatu enucleantur, ad cuius calcem: *Explicit registrum Anno domini 1481.* Nec in magna *Repetitionum Jur. Can. Collectione*, nec in *Tract. Tractatum Commentarius* hic obuius.

DXCIII.

Codex chartaceus germ. Sec. 81*
XV. Folior. 239. 8. caractere luculento rudique exaratus primo continet Institutionem Magistri cuiusdam de sacra Corporis dominici Communione Documentis XIV. comprehensam, cujus initium: *Also spricht der edel king dauid in dem psalter, ber, tochter vnd siech vnd naig din or bie zu wan der king haut dine schiene begeret. Ach ewige wisbait wie sint din züg so minrich wie ist din insprechen so siefs vnd so haimlich &c.* Fol. 166. eadem lingua *Symbolum Fidei CPolitanum*, et deinceps XIV. *Mortes a Christo in cruce toleratae*, Oratio ad B. V. *Commentatio de Anima*,
X x x in

2263

C O D I C E S

2264

in qua varia ex *Aristotele* adducuntur, demum *Expositio Cantici Magnificat. Job. Taulerum* quaedam referre videntur. Anus quidem 1484. utriusque Thecae inscriptus legitur, Sermone tamen vetustiore esse putem, e quo glossemata varia decerpi possent.

DXCIV.

- 813 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. nunc 82. 8. non una manu perscriptus Exemplar alterum est Institutionis mox adductae, sed paullo recentius; jam enim *kunig* pro *king*, *bör* pro *ber*, *bat* pro *baut*, *schön* pro *schen* &c. legitur. Abrumpitur autem paucis ante finem foliis in his verbis: *Nu ist christus vnser würczel* — et sequuntur quaedam *ἀκεφαλα* et *ἀτελα* de eadem materia, quemadmodum etiam initio Codicis talia praecedunt, in quibus *Thomas Aquinas* memoratur *Albertum M.* interrogans de maximo gaudio, quod Christus in humanis agens sensisset.

DXCV.

- 700 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 41. 4. Hunc Titulum praefert: *Pius Libellus De Erigendis Afflictis, Consolandis Aegrotantibus, Iisdemque Animandis Ad Mortem. Ex uarijs Reuerendi Patris M. Zitardi, aliorumque Catholicorum et Orthodoxorum Virorum Concionibus et lu-*

cubrationibus Collectus. Collectore et interprete Volcmaro Chytraeo. Post ogdostichon Autoris ad *Ihesum Crucifixum*, dicatur *Maximiliano Romanorum Regi, alteri Salomoni Sapientissimo, Dauidi Pijsimo, Josaphat æquissimo*, tamquam, ut per decursum dicitur, *semper Theologiae (id quod in primis Principe Christiano dignum) studioso, amatori et auditori.* Commemoratur tamen etiam clementia et gratia *Ferdinandi Imp. cuius uitam et dies aeternus Pater D. N. J. Christi hic in terris ad nominis sui gloriam, Ecclesiae Christi protectionem et S. Romani Imperij Salutem prolongare dignetur.* Ante annum igitur 1564. scriptus Libellus vere pius et luce publica dignus, qui argumentum suum e verbo Dei, omnique Philosophia egregie pertractat, cultoque ferme se commendat. Autorem Sacris Catholicis addictum fuisse vel ea, quae adduximus, persuadere videntur, neque Libellus abnuat. Itaque *Davidi Chytraeo* non nisi *ὁμωνυμος*, et fortasse germanico nomine *Hafner* fuerit. Praeter Scriptum, quod prae manibus habemus, legitur ex iisdem fontibus, ediditque *Viennae apud Mich. Zimmermann* s. a. 8. *Piam Adbortationem ad omnigenos Peccatores, ne correctionem vitae procrastinent* &c. Cui praefixa est *Vox Sacratissimi Imperatoris Ferdinandi: Lamentabile est Spectaculum et luctuosum, eos, qui sunt eiusdem baptismi, nominis, Imperij linguaeque, ita diuelli*